



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XXXIII. Archiepiscopi Mediolanenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

Diui Francisci non multò post ascripto, quum Episcopus ad Sedem Apostolicam deuolutus fuisset, Innocentius octauus Pontifex Maximus Cardinali Allerienti hunc con- tulit, eoque extincto, Alexander sextus ad eum rursus Episcopatum Cardinalem Montis Regalis suffecit. Quomodo impensa ac fidelissima opera Stanislai Thurzonii (qui Ecclesiam nunc sancte, integre ac religiose præsides) libertate pristinae restitutus est, Capitularique rursus electione permittus. Ea tempestate clarissimi illi philosophiae triumphum effulsere, Iohannes Picus Mirandulanus, Hermolaus Barbarus Patricius Venetus; & Platonicae philosophiae auctor Marsilius Ficinus Florentinus.

Hæc reperire potui ex tempore in Bibliotheca meorumque. cæterorum Catalogos qui suppeditauerit, megnam inierit gratiam apud Typographum. qui aliorum etiam Episcoporum extra Germaniam specimen istud fabricandum putauit.

ARCHIEPISCOPI SANCTÆ ECCLESIAE MEDIOLANENSIS.

Ex Actis Car. Borromæi.

I.

S. Barnabas Apostolus, Cyprius, Romæ primum fidei prædicauit, deinde Mediolanensem Ecclesiam instituit, in qua Episcopus sedit annos 7. Inde Bergomum, & Brixiam profectus, hic Narnum, illic Anatolium Episcopum reliquit.

II.

S. Anatolius, beati Barnabæ Apostoli discipulus, Gor-

es, Cyprius, sedit annos 10. Lino Pontific. Mediolano ab
 apostolo Barnaba Brixiam euocatus, ob fidem in ea urbe
 constanter multa perpessus, in Domino obiit septimo Ca-
 lendas Octobris. Quem diem eius natalem Ecclesia Me-
 diolanensis officio precum solemniter colit.

III.

S. Caius Sergius Romanus, Sancti Barnabæ Apostoli
 discipulus, vitæ sanctitate, & charitate erga pauperes in pri-
 mas mirificè præluxit. Vitalem & Valeriam coniuges, bea-
 torum martyrum Protasii & Geruasii parentes, aliosque
 viros Mediolanenses senatorii ordinis baptizauit. In præ-
 dio Castriciano cœmeterium, vbi martyres sepelirentur
 edificauit. Romam profectus, Euangelii prædicationem
 cum beato Clemente, cæterisque Apostolorum discipulis
 communicauit. Demum fidei causa cum Clæteo Brixie E-
 piscopo multa perpessus, obiit in Domino, quinto Calen-
 das Octobris, Sedit annos 13. Sepultus est in Basilica S.
 Ambrosii.

IV.

S. Castricianus Oldanus, Mediolanensis, Basilicas tres,
 scilicet Portianam, alteram Faustinianam, tertiam beati Io-
 annis Baptistæ ad Concham edificauit. Calimerium græ-
 cum hominem, egregium Christianæ pietatis cultorem,
 benignè excepit, diuque aluit. Peregrinos, & pauperes fo-
 ra perpetuo. Ad Iesu Christi fidem Ecclesia Mediolanensi
 annos religiosè administrata, conuertit multitudinem
 innumerabilem. Vitæ sanctitate clarus, migravit ad Domi-
 num Calendis Decembr. Eius corpus via Romana sepul-
 tum est in cœmeterio peregrinorum.

V.

Sanctus Calimerius Græcus, Romæ educatus in
 Romanorum Pontificum disciplina, à Sancto Ca-
 striciano Basilicæ Faustiniæ clero adscriptus, post,
 archiepiscopus creatus, non solum diocesim Medio-
 lanensem, sed Liguriam omnem religione illustrauit. Quo

nomine accusatus, à fidei hostibus in Hadriani persecutione comprehensus, primo variè cruciatus, et in vulnere confossus, denique ceruicibus gladio transuocatus, princeps in puteum deturbatus, martyrio coronatur prid. Calend. Augusti. Sedit annos LII. sepelitur in cœmeterio C.iii.

VI.

S. Monas Burrius, Mediolanensis, Philosophia scientiæ præstans, & sanctimonia in primis nomine illustis, mirabiliter Archiepiscopus factus, patrimoniū amplum Ecclesiæ donauit. Mediolanum parochiis centum & quinquaginta distinxit Ieiuniis, orationibus, & charitate erga pauperes, Ecclesiam sibi commissam decorauit: cui præfuit annos LXX. Eleuthero, deinde Victore, ac præterea Ponniano Pontifice, Obiit in Domino 7. Cal. April. Vacauit diu Archiepiscopatus.

VII.

S. Mirocles, ciuis Mediolanensis, beati Epiphanius Episcopi Ticinensis propinquus, Romam à Melchiade Pontifice ad synodum euocatus, in illius consilio præclare adiuuans Ecclesiam Mediolanensem eximie excoluit: in qua statim horis psallendi certam regulam præscripsit. Fuit virtutum Episcopatum gloria valde admodum ornatus, sed in opibus maximè. Sedit annos 22.

VIII.

S. Protasius Algisus, Mediolanensis, beati Mirocles discipulus, post illius obitum Archiepiscopus creatus, sed in ta persecutionum tempestate, mirabiles disciplina Ecclesiasticae progressus habuit. Sardiniam ad Concilium uenit Epiphanium Papiæ Episcopum de more consecrauit. Sedit annos 22.

IX.

S. Maternus Mediolanensis, cum Mirocle Archiepiscopo Presbyter, pro gloria Christi in Maximiani persecutione, vincula, carcerem, verbera, constantissime persequens.

hosque, Carpophorum in primis & Fidelem ad marty-
rum confirmavit. Archiepiscopus deinde, sancti Victoris
martyris corpus inventum sepeliuit. Meliodorū Dertonæ
Episcopum consecrauit. Sedit annos quindecim. Quieuit
in Domino 13. Calend. August. sepultus est in Basilica S.
Naboris.

X.

Orosius Mediolanensis, Siluestro Pontif. vnà cum Na-
turo Lectore Synodo Arelatensi II. interfuit: vt in anti-
quorum Ecclesiæ Mediolanen. monumenta relatum

XI.

S. Eustorgius I. Græcus, in Materni locum Archiepisco-
patus, cum aliis ad pietatem insignibus monumentis
Ecclesiam Mediolanensem decorauit, tum sanctorum Ma-
riam corpora, iam pridem è Parthis Constantinopolim
abacta, inde Mediolanum mirabiliter transtulit. Sedit
annos 19. Siluestro Pont.

XII.

S. Dionysius Marianus, Mediolanensis, omni virtute,
prope ad eam innocentiam præstans, vt Apostolorum si-
milis putaretur. Causa beati Athanasii defensor, in Con-
cilio Mediolanensi à Constantino Imperatore Arianae se-
ctæ studio damnatus, & in vltimam Cappadociam relegi-
tus, ubi omni laude florens, fuit apud omnes in magno ho-
nore. Demum in exilio pro fide Catholica varie afflictus,
propiore martyribus titulo spiritum Deo reddidit. Eius
successor Aurelius Ruidiciane vrbis Episcopus Mediolanum
à sancto Ambrosio transtulit. Sedit autem S. Diony-
sius annos 13. Liberio, ac deinde Damaso Pont.

XIII.

Julius Mediolanensis, interfuit Iulio I. Pontific. in
Synodo Romana: cuius actorum vestigia expressa ex-
stant.

S. Ambrosius, Ambrosii filius, Romanus, Ecclesie Doctor, corporis statura mediocri fuit, aspectu graui, & pectore nigro, naso paululum oblongo, capillis flauis, fronte in vnoque oculo supercilijs elato; animi autem virtutibus gregis, vereque Episcopalibus floruit. Omni religionis Catholicae officio doctrinaque Ecclesie Dei profuit: que ob eam causam eius nomen non Latine solum, sed Græcè, Syreque celebratum, vbique in omni Ecclesia magnum est. Praefuit verò Ecclesie Mediolanensi annos $xxvi$. Damaso, ac deinde Siricio, Pontifice.

XV.

S. Simplicianus Catanius, Mediolanensis, genere & morum pietate clarus, ab ineunte ætate optimis studiis imbutus, doctrinae & religionis præclara testimonia ab Sanctis Ambrosio & Augustino accepit. Victorinum tyrannum nobilem ab impuri idolorum superstitione ad Iesum Christi fidem Romæ conuertit. Concilii Carthaginensis legatos, à quibus de re graui consultus est, ad se missos benignè excepit. Gaudentium Nouariae Episcopum conuertit. Diuinorum officiorum, quæ sanctus Ambrosius instituerat, ritibus Ecclesiam Mediolanensem auxit. Sedit annos tres Anastasio Pontif. Ex hac vitæcessit 18. Calendas Septembris. Sepultus est in Basilica Beatae Mariæ Virginis.

XVI.

S. Venerius Oldradus, Mediolanensis, Sancti Chrysostomi graecarum literarum testimonio celebratus, ad quem etiam vsque ab Africa Synodus Carthaginensis legatos misit, virtutum summorum, & sanctitatis multis miraculis testificatae laude clarus, ad præmium abire in cælum 4. Non. Maii. Sedit annos nouem Anastasio, & deinde Innocentio I. Pontif. Bius corpus sepultum est in Basilica Apostolorum.

XVII.

S. Marolus, Innocentii I. familiaris, vir ieiunio vigiliisque deditus, in oratione ac meditationibus frequens, quem Ennodius Ticini Episcopus versibus laudauit, delectata diuinitus eius sanctitate, præfuit vtiliter Ecclesiæ Mediolanensi, annos 15. Zosimo, deinde Bonifacio Pont. Sepultus est in Basilica Apostolor.

XVIII.

S. Martinianus, de quo in Concilio Oecumenico Ephesino acta relatum est, sanctissimus, Deo que charus Archiepiscopus, doctrinæ nomine illustris, à Gothis pro fide variè periclitatus, Ecclesiam Mediolanensem religione instruxit. Vixit annos 3. Obiit in Domino 4. Nonis Ianuarii.

XIX.

S. Clicerius Landrianus, Mediolanensis, vitæ cælestis deditus, in assiduaque verbi Dei prædicatione verum Ecclesiam sibi commissam, vt cæteri Archiepiscopi, antea religiose præfuerant, sanctis institutis illustrauit. Vixit instar virginis verecundus, vultuque virgineo præfulgens imaginem diuinarum suæ mentis cogitationum. Vixit annos octo. Obiit in Domino 12. Calend. Octobris. Sepultus in Basilica Apostolor. Archiepiscopatus diu vacauit.

XX.

S. Lazarus Lazari filius, Boccardius, à Clicerio Ecclesiæ Mediolanensis Primicerius creatus, post eius obitum Archiepiscopus, in summa Gothorum barbarie, clerum populumque commissum piè gubernauit. Litanias Triduanae, quæ Mediolani adhuc religioso cultu obseruantur, instituit. De eo sanctus Ennodius carmina confecit. Pridie 11. Mart. quieuit in Domino, Leone I. Pontif. Sedit annos 21. Sepult. in Basil. Apostolorum.

XXI.

Sanctus Eusebius Paganius, Mediolanensis, Ecclesiæ Ambrosianæ, quæ ob Gothorum immanes excursiones diu vacauerat, instaurator vigilantissimus, basilicas

barbara impietate euersas restituit, pollutas consecrationis
 consecrationis celebritatem mensē Octobri die Dominica
 tertio 29i instituit. Libros diuinorum officiorum bello
 incendio inflammatos reficiendos curauit: Cleri disciplinam
 ad religiosos mores reuocauit. Synodam prouincia
 habuit: epistolam encyclicam ad sanctissimum Pontificem
 nem misit. Demum sanctarum virtutum gloria nobilitate
 obdormiuit in Domino pridie Idus Augusti. Sedit
 nos septendecim Leone primo. deinde Hilario, tum Simplicio
 Pontific. Sepultus in Basilica Sancti Laurentii ma
 tyris.

XXII.

S. Geruntius, cuius Mediolanensis, Simplicio Pontifici
 VII. Calend. Ianuarii inuitus creatus Archiepiscopus, mo
 gna cum humilitate suscepit, & afflictissimis Inlubra re
 poribus sanctissime gessit annos 6. Obiit in Domino
 Non. Maii. Sepultus in Basilica S. Simpliciani.

XXIII.

S. Benignus Bentius, Mediolanensis, Ennodii Ticinensis
 versibus celebratus, laude sanctitatis florens, Archiepiscopatum
 religiosissime administrauit annos 6. Quieuit in Domino
 12. Cal. Decembr. Sepultus ad Sanctum Simplicianum.

XXIV.

S. Senator Vilanius, Mediolanensis, Presbyter, cuius
 epistola ad Leonem Pontificem missa Eusebio Archiepiscopo
 scopus meminit, Nonis Decembr. die festo S. Ambrosii
 Archiepiscopatus gubernationem suscepit. Vir praestanti
 ingenio, diuinarum literarum scientia, eloquentia, & Episcopa
 scopalis charitatis virtutibus egregie excultus, Prophe
 tiam interpretandis diligentissimus, misericors erga pauperes
 ralitate vsus, ad Ecclesiae Mediolanensis gubernacula
 annos 4. Gelasio Pont. Obiit sancte in Domino 3. Cal. Iulii
 Sepultus in Basilica S. Euphemiae.

XXV.

Theodorus I. Medices, Cuius Mediolanensis, Gelasio Pontif. factus Archiepiscopus 6. Id. Septembris, vir optimus, & sapientissimus, cum clerum & populum vnice in Christo dilexit, tum valde beneficentis erga egentes homines, patens pauperum vulgò vocatus est. Archiepiscopali munere pie perfunctus annos 10. ex hac vita cessit 4. Cal. April. Symmachio Pont. sepultus ad S. Hippolytum. Sunt de eo versus Euanodii.

XXVI.

Laurentius I. Litius, Mediolanensis, quem Symmachus Pontif. eximie dilexit, & in Synodo tertia, quarta, quintaq; Romana summopere laudauit, vir scientia præcellens, & tantum donis maximis excultus, ceterum populumque Mediolanensem, nõ minus docendo quam agendo instruatam optimam disciplinam. Admirabili quadam vitæ suæ simplicitate deuinctos cunctorum animos tenuit: quamobrem cum omnes eum verebantur, tamen nemo quisquam illi, qui vel in abditissimo loco scelus concepisset, quin illi quasi restem spectatoremque metueret. Sedit annos 10. eodem Symmacho, deinde Hormisdæ, ac post lo. Cal. Pont. Obiit 7. Cal. Augusti. Sepultus ad Sanctum Hippolytum Martyrem.

XXVII.

Eustorgius II. Græcus, Ioannis Damasceni discipulus, cum Ioanne Alexandrino Roman Gelasio Pont. promotus, à Felice IV. Archiepiscopus creatus, omni virtute, pietate in primis præluxit. Florianum, qui deinceps sanctissimus latide clarus, Episcopus Ecclesie Hispalensi præfuit, in vicinia Pannonia profectum, domi excepit, baptizauit, monachorum instituit, literisque erudiuit. Augustæ urbis Episcopus proditoris acularum dignitate Episcopali multatus. Oppida, & prædia, quæ in Sicilia præsertim Ecclesia Mediolanensis habuit, egregie defendit. Baptisterrim adificandum curauit: ad quod mirifico opere aquam per te-

etum templi deduxit. Sedit annos 8. Sepultus in Basilica
S. Laurentii.

XXVIII.

S. Magnus Trincharius, Mediolanensis, Siluero Pontifice Archiepiscopus factus, admiranda abstinentia, sanctitate, diuinaq; miraculorum virtute eluxit, pie Archiepiscopali munere perfunctus annos 3. quieuit in Domino Calend. Nouemb. Sepultus in Basilica Eustorgiana.

XXIX.

S. Dasius Aliatus, Mediolanensis, vir pietate inprimis & doctrina præcellens, Vigilio Pont. Archiepiscopus creatus, populum sibi commissum in summa annonæ caritate panico sustentauit. Cerinthi domum à demonibus dominus liberauit. Concilio Const. n. inopolitano quinto interfuit. Annalium libros conscripsit. Ecclesiam Mediolanensem admirabili pietate gessit annos 21. Obiit in Domino Calend. Februarii. Sepultus in basilica Sancti Victoris.

XXX.

Vitalis, Cuius Mediolanensis, Ioanne IV. Pontif. creatus Archiepiscopus, quo tempore Longobardi rursus Italia opus affligerant, in ea temporum perturbatione inuicem vigilantia sua vim in paucioribus studiis atque officijs posuit diligentissimè. Sedit annos 4. Pont. eod. Sepultus in æde S. Vitalis martyris.

XXXI.

S. Auxanus Cribellus, Mediolanensis, Ioanne III. Pont. Archiepiscopus factus, cum in omni re episcopalis munera partes egit, tum prædicationis officio perfunctus est annos duos: quibus Ecclesiam sibi commissam gubernauit. Quienit in Domino 3. Non. Septemb. Sepultus in Ecclesia S. Stephani ad Rotam.

XXXII.

S. Honoratus Castillionius, Mediolanensis, vir eloquentia, doctrina, & sanctitate clarus, & Benedicto I. Pont. Archiepiscopus renunciatus, sapientia, consilio, optimè

Institutione corroboravit Ecclesie commissa partes, Longobardorum barbarie debilitatas. Aquileiensi Concilio præclare interfuit. Paulinum Aquileiæ Episcopum consecrauit. Sedit annos sex. Quieuit in Domino 6. Idus Februarii. Sepultus in Ecclesia S. Georgii Martyris ad Noetam.

XXXIII.

Iunius Frontonius, Mediolanensis, vir nobilitate & potentia florens, per vim simoniæque scelus Archiepiscopalem sedem ut sædulum occupauit, ita iniquissimè administrauit annos decem. Cuius sceleris pœnam dedit nefaria morte.

XXXIV.

Laurentius II. Frontone extincto Archiepiscopus creatus, Pelagio II. Pontif. Genuæ, ubi populus Mediolanensis, cum ob immanem exterarum gentium impetatem in patria esse non posset, magna ex parte domicilium constituerat, commoratus, Archiepiscopale munus rectè pieque gessit, & exemplo vitæ, & doctrina. Ecclesiæ Mediolanensis patrimonium, quod in Sicilia amplum habuit, præclare defendit: ob eamq; rem Constantium Diaconum Romam ad Gregorium Pontif. misit. Obiit autem Genuæ.

XXXV.

Constantius, Ciuis Mediolanensis, Diaconus, cuius virtutesque in legatione Constantinopolitana Gregorio I. Pontif. benè cogniti erant, in vrbe Genuæ eius iussu Archiepiscopus & electus, & cōsecratus est. Pallio item ab eodoneatus, & aliis singularib. beneficiis ornatus, Archiepiscopalem dignitatem immani exterarum gentium incursione afflictam ad pristinum gradum erexit. Omni autem laude præstans, nobilitatus est etiam literarum Gregorii Pontif. monumentis. Sedit annis 7.

XXXVI.

Theodotus, Mediolanensis, Diaconus Ecclesiæ Metro-

gggg 2

politana, cleri suffragiis Archiepiscopus electus, a Patrice Leone Protonotario, cui Gregorius Pontifex rem delegavit, Genua in Archiepiscopali dignitate confirmatus, Arianorum, quorum adhuc aliqua pars in Insubria reliqua erat, furorem impiè exultantem repressit: ob eamque rem Pontifici Gregorio gratus & charus. Sedit annos 28. Subiit deinde Bonifacio III. & IV. post Deodato, tum Bonifacio V. Pontifice.

XXXVII.

Asterius, Romanus, Honorio I. Pont. Archiepiscopus factus, Berinum ad Britanniam legatum à Pontifice missum illius iussu Episcopum consecrauit. Munere Archiepiscopali rectè perfunctus annos decem. Obiit Genua pro die Non. Iun. Sepult. in aede S. Syri.

XXXVIII.

Phortius, quo tempore Ioannes Bergomi Episcopus in Prouincia Mediolanensi sanctitatis in primis laude flores Ariarum impietatem retundere aggressus est, Archiepiscopatum inuit: quem Genua tamen gessit annos tres.

XXXIX.

S. Ioannes Bonus, Camillus, Genuensis, Ioannis Bergomenis Episcopi sanctissimi consuetudine coniunctus Archiepiscopus creatus, immani Barbarorum dominatione non deterritus, ab vrbe Genua, vbi aliqui Archiepiscopi diu manserant, Mediolanum ad stationem sedemque Archiepiscopalem rediit: quam summa cum laude tenuit annos decem. Romam ad Synodum Martino I. Pontifice venit: Arianos Bergamo depulit: in oppido Decio Ecclesiam Sancti Materni consecrauit. Miraculorum laude clarus, obiit in Domino quarto Idus Ianuarii.

XL.

S. Antoninus Fontana, Mediolanensis, 8. Calen. Iul. qui dies natalis est Sancti Ioannis Baptistæ, Archiepiscopus con-

consecratus, admiranda vitæ sanctitate, & pastoralis officii exemplis præluxit: in conuellendisque barbaris gentium exterarum, quæ iam pridem Mediolani domicinium constituerant, moribus euigilauit maximè. Sedit annos 3. Obiit in Domino pridie Cal. Decembr. Sepultus in basil. S. Simpliciani,

XLI.

S. Mauricilius, maximarum virtutum nomine illustris, à sacro summa consensione Archiepiscopus electus, & à Pontifice confirmatus, sedit mens. 4. magna cum testificatione sanctitatis suæ. Obiit in Domino pridie Calend. April. Sepultus in Ecclesia S. Satyri.

XLII.

S. Ampelius, Domno Pontif. creatus Archiepiscopus, sedit annos quinque. Obiit in Domino 6. Idus Febr. Agatione Pontif. Sepultus in basilica Sancti Simpliciani. Eius sanctitatem, & dum Archiepiscopatum gessit, & postquam ex hoc saculo abiit, testatam Deus fecit miraculorum magnitudine, & multitudine.

XLIII.

S. Mansuetus Sabellus, Romanus, Agathone Pontifice Archiepiscopus factus, Ecclesiæ committæ utiliter præfuit. Synodo Constantinopolitana V. l. præclara eruditionis hæde interfuit: Episcoporum Prouinciæ Concilium habuit, de cuius sententia epistolam, fidei, pietatis, doctrinæq; penam, contra Monothelitas hæreticos ad Imperatorem scripsit. Sedit annos 2. Obiit x. 1. Cal. Mart. Sepultus in basilica S. Ambrosii.

XLIV.

Benedictus Crispus, Mediolanensis, diuinis humanisq; literis eruditissimus, & maximarum virtutum auctoritate gratissimus, atque ob eam rem tota Italia clarissimus, Iohanne VI. Pontif. Archiepiscopus declaratus. Sedit annos 47. Templum Sancti Benedicti in Porta noua ædificauit:

§§§§ §.

Ecclesie suae ius mirifice defendit: causam contra Episcopum Papiensem Romae constanter egit. Demum miraculis clarus, quieuit in Domino s. Id. Mar. Sepultus in basilica S. Ambrosii.

XLV.

Theodorus II. Gregorio III. Pontif. Archiepiscopus creatus; rituum eruditione praestans, Maturini officii ministeria, ceremoniasque more Ambrosiano solennes, libris singulari enudeate perscripsit. Sedit annos 14. Sepultus in Monasterio Horonae, quod Horona soror extruxerat.

XLVI.

S. Natalis, latina graecaque eruditione valde praestans, Hebraice doctus etiam, eximiusque Catholicae religionis cultor, Zacharia Pont. Archiepiscopatum suscepit, & quibusvisque adeo religiose, ut exantlatis multis proinde laboribus, demum sanctitate clarus in Domino quieuerit s. Id. Maii. Sepultus in basil. S. Georgii, quam is aedificauit. Sedit an 1. mens. 2.

XLVII.

Arifredus, Zacharia Pontif. creatus Archiepiscopus. perit fuit Ecclesiae Mediolanensis menses 9. Sepultus in basilica S. Nazarii.

XLVIII.

Stabilis, Stephano III. Archiepiscopus factus, sedit annos undecim, menses nouem. Sepultus in basilica Sancti Ambrosii.

XLIX.

B. Letius Marcellinus, Mediolanensis, vir omni pietatis officio insignis, & admiranda in primis charitate erga pauperes, sedit annos 13. menses 11. Sepultus in basilica Sancti Ambrosii.

L.

Thomas Crassius, Mediolanensis, pietatis studio deditus, religionis causa Hierosolymam peregrinatus, inde reuersus, Hadriano Pontif. Calend. Nouembris Archiepiscopus factus, Ambrosiani officii libros, quos Carolus Magnus

inflammandos censuit, Eugenii Episcopi studio mirifice defendit. Carolum Magnum Italiae regem corona ferrea coronavit Glisam Pipini Regis filiam Mediolani solenniter baptizavit. Sedit annos 28. Obiit Cal. Octob. Sepultus in basil. S. Laurentii.

LI.

Oldobertus Marionius Eugubinus, dedit annos.

LII.

Petrus I. Crassus, Oldradus, Mediolanensis, Adriani Pontif. Secretarius, deinde Archiepiscopus factus, mox Legatus à Pontifice ad Carolum Magnum Imperat. venit: cui clarus admodum fuit. Hæreticos maxime oppugnavit, ob idque rem hæreticorum malleus vulgò vocitatus. Sermones de Sanctis scripsit, in quibus præcipuus est vnus de Sancto Barnaba Apostolo & Episcopo Mediolani primo. Epistolas etiam permultas magnarum rerum pondere graves, & vnam præter ceteras ad Carolum Magnum de translatione corporis Sancti Augustini. Bernardum Pipini filium, Italiae Regem coronavit. Sedit annos 27. Obiit septimo Id. Maii. Sepultus in basilica Sancti Ambrosii.

LIII.

Alibertus Crassus, Mediolanensis, Stephano Quinto Pontif. Calend. Octobris Archiepiscopus pronunciat, admirabili vigilantia præfuit annos 9. mens. 7. Obiit pridie Cal. Mart. Sepult. in Basilica S. Ambrosii.

LIV.

Anselmus I. Bilis, Mediolanensis, à Clero Archiepiscopus electus, & à Paschale Pontif. confirmatus, pauperes summa charitate dilexit: Lotharium Ludouici Pii filium Italiae Regem in oppido Modætia coronavit: Ecclesiam commissam administravit annos quinque. Obiit quinto Idus Maii. Sepultus ad Sanctam Ambrosiam.

LV.

Conus Castillionius, Mediolan. Paschale Pont. creatus

Archiepiscopus, acerrimus iurisdictionis Ecclesiasticae defensor, sedit annos quatuor. Obiit 8. Cal. Febr. Sepultus in basilica S. Ambrosii.

LVI.

Angilbertus I. Mediolanensis, Gregorio IV. Pont. Archiepiscopus factus, Sancti Monachi Archiepiscopi corpus Ecclesiam S. Michaelis ad Domum transtulit. Sedit annis 2. Obiit 7. Idus Septemb.

LVII.

Angelbertus I. Pusterlius, Mediolanensis, Gregorio IV. Pont. Archiepiscopus creatus, pauperum, viduarumq. pater; Ecclesiam etiam sibi commissam beneficiens & decorauit: altare in basilica Sancti Ambrosii calato auro decorandum curauit: Synodum Prouinciae habuit: in qua doctorum martyrum Iouitae & Faustini Cœnobii, quod Romanus Episcopus exedificarat, institutionem ratam habuit. Sedit annos 25. Obiit Idib. Decemb. Sepultus in basilica S. Nazarii. Hoc tempore Mediolani multae Ecclesiae dedicantur.

LVIII.

Tado, ingenio, & rerum diuinarum scientia praestans, ob eamque rem sapiens, & à Nicolao I. Pontifice sanctissimus aliquando vocatus, Ecclesiam Mediolanensem gubernauit annos 7. menses 6. Obiit pridie Cal. Iunii. Sepultus in basilica S. Ambrosii.

LIX.

Anspertus Arbutius Confalonarius, Mediolanensis Ecclesiae Metropolitanae Archidiaconus, à Clero Archiepiscopus electus, ab Adriano II. Pont. confirmatus, Carolum Caluum, Italiae Regem coronauit, & Carolum Crispium item. Sedit annos 13. menses 5. Obiit 7. Idus Octobr. Sepult. in Basilica S. Ambrosii.

LX.

Anselmus II. Captius, Mediolanensis, à Ioanne VIII. Pont. e Gallia Romam redeunte Archiepiscopus in celeberrimo cleri populiq. gaudio creatus, sedit annos 14. Obiit 4. Idus Octobr.

Calend. Octobris. Sepultus in basilica Sancti Ambrosii.

LXI.

Landulphus I. Crassus, Mediolanensis, Benedicto IV. Pont. creatus Archiepiscopus, sedit annos 3. Obiit Nonas Nouembris, sepult. in basilica S. Ambrosii.

LXII.

Andreas Lampugnatus Mediolanensis, die festo Sancti Andreae a Clero Archiepiscopus electus, mox a Leone V. Pontif. confirmatus, sedit annos 6. Obiit pridie Cal. Mart. Sepultus in basilica S. Ambrosii.

LXIII.

Atho Oldradus, Mediolanensis, Archiepiscopus, magna ciuium multitudine Sergium III. Pontif. in Galliam adducit: inde Romam, ubi opem ei tulit ad Christophorū inde pellendum, qui Pontificatum inuaserat. Is in Ecclesia Mediolanensi primo Sabbato Septembris vesperarum officium de cruce agi instituit, sedit annos 12. mens 6. Obiit Romae 7 Id. Sepultus in Ecclesia SS. Bonifacii & Alexii in monte Auentino.

LXIV.

Garimbertus, Ioanne X. Pontif. in sede Archiepiscopali collocatus, Alberico, qui in agro Piceno dominabatur, auxilio fuit ad Saracenos ex Apulia euadendos, sedit annos duos.

LXV.

Lambertus, vir solerti ingenio, summoque consilio, Archiepiscopus Ioanne XI. Pontifice creatus, Rodolphum Papiæ Regem acclamatum in summa Italiae dissensione coronauit: in Italiam de summi Pontificis sententia Hugonem Comitem Arelatensem accersiu. Bureardum Saxonum Ducem, Rodulphi Regis focerum, legatum ad se missum benigne excepit. Gentilibus auxilium contra Saracenos misit. Sedit annos nouem. Obiit Calend. Iulii.

LXVI.

Hilduinus, Monachus, Gallus, Stephani IX. Pontif. fa-

miliaris, Martino III. Pontif. Archiepiscopus factus. Ber-
gonem Ludouici III. filium Burgundia Ducem, Italiae
gem in basilica Ambrosiana Mediolani coronauit. Sedit
annos 6. Obiit Cal. Aug.

LXVII.

Ardericus Cotta, Mediolanensis, Agapeto II. Pontif.
creatus Archiepiscopus, Berengarium Verona Mediolani
num euocat: ubi pro Rege se gerere cepit. Ecclesiam sancti
Andree nomine ad murum edificauit: sacellum S. Lini
basilica S. Nazarii extruxit. Sedit annos 8. Obiit 3. Idus
Octob. Sepult. in sacello S. Lini.

LXVIII.

Alamanus Menclotius, Mediolanensis, Canonicus Or-
dinarius, cum Manasse Vgonis Imperatoris filio de Archie-
piscopatu contendit: sed tandem vniuerso clero suffragan-
te Archiepiscopus factus, sedit annos 4.

LXIX.

Valbertus Medices, Mediolanensis, Ioanne XII. Pontif.
factus Archiepiscopus, Berengarii rabiem fugiens, ad O-
thonem I. Imperatorem venit, cui promittit, si tyrannum
extinxerit, se regni insignia traditurum. Episcoporum
Prouincia Concilium de more euocat, de quo omnia
qui frequentes aderant, sententia, regnum Berengario de-
rogat. Othonem autem, cui regnum detulerat, solenne
iureiurando adstringit, se pro salute dignitateq; Italiae pe-
trimonium omne profuturum, nullumq; periculum reci-
saturum: Othonem verò Mediolani in basilica Ambrosi-
na ex promisso coronauit; eamque ob causam multa ab eo
oppida dono accepit. Romanæq; Synodo interfuit: in qua
priori loco & consedit, & subscripsit, quam Archiepiscopus
pus Rauennæ. Sedit annos 18. Sepultus in Ecclesia Hy-
mali.

LXX.

Arnulphus Bonutii Ducis filius, Subdiaconus S. Eccle-
siae Mediolanensis, ab Othone Imperatore Archiepiscopus
pus Clero reclamante electus, nomen, dignitatemq; Con-
m.

illis tulit, iusque per Vicecomitem exercuit: Historiam
temporis scripsit. Sedit annos 3. Sepultus in Ecclesia
Hyemali.

LXXI.

Gonifredus, Benedicto VI. Pontif. creatus Archiepisco-
pus, sedit annos 5. Obiit 12. Calend. Octob. Sepultus in Ec-
clesia Hyemali.

LXXII.

Landolphus II. Bonitii filius, Carcanus, Mediolanensis,
non a Clero electus, sed patris artibus iuuante Imperatore
archiepiscopatum occupauit annos 8. menses 3. Obiit 8.
Cal. Octob. Sepultus in basilica S. Celsi.

LXXIII.

Arnulphus II. Artiacus, vir pietatis nomine illustris,
Gregorio V. Pont. Archiepiscopus creatus, Othonem III.
Imperatorem corona ferrea donauit. Episcopum Asten-
tium, qui ab officio erga sedem Metropolitanam desciuerat,
exire coegit. Cremonenses male mulctauit: in Laude
Compeia Concilium Prouinciale habuit. Constantino-
polim profectus, serpentem ænenum, quem à Nicephoro
Imperatore dono acceperat, Mediolanum asportandum
curauit. Sedit annos nouendecim. Obiit quarto Calend.
Martii.

LXXIV.

Heribertus Gerardi Canturii filius, Antimianus, Medio-
lanensis, Benedicto VIII. Pontif. Archiepiscopus factus,
Monasterium S. Dionysii ædificauit. Ecclesiam S. Satiri
in Porta Romana consecrauit. Corpus S. Monæ Archie-
piscopi Mediolanum in Ecclesiam beati Vitalis Martyris
transiulit. Episcopum Papiensem in Conuentu Ronca-
nensi crucem deponere iussit. Ambrosium Ecclesie Me-
diolanensis Ordinarium Episcopum Ciuitatis Laudensis
iussit. Enricum Imperatorem Romam deduxit, vt à
Benedicto Pontifice coronam acciperet. Sedit annos 27.
Obiit 15. Calend. Februarii, sepultus in basilica Sancti Dio-
nyii.

Guido Valuaforius, Velutius, Ecclesia Mediolanensis
 Canonicus Ordinarius, Henrici Imperatoris Secretarius
 summa de Archiepiscopatu contentione ceteris compe-
 toribus repullis Archiepiscopus creatus, Leonis IX Pape
 influ Concilio Vercellensi contra Berengarium inter-
 Apud Fontanetum in agro Nouariensi Synodum de
 uincia habuit. Sedit annos 26. Obiit 10. Calend. Decem-
 bris. Quo mortuo vacauit Ecclesia Mediolanensis annos
 tres.

LXXVI.

Thealdus Castillionius, Mediolanensis, Henrici Imperatoris
 opibus suffultus, Ecclesiam Mediolanensem inuadit
 Quam ob causam ad Synodum à Gregorio VII. Pontifice
 catus, cum venire reculasset; primò sacris ordinibus inter-
 dictus, deinde, ac tertio publicè in Synodis Romanis gra-
 excommunicationis vinculo irretitus est. Obiit 7. Calendas
 Sepultus Arona.

LXXVII.

Anselmus III. Raudius, Mediolanensis, Archiepiscopus
 creatus, magnam classem exercitumque comparauit
 ut Babyloniam caperet: quò profectus, multos communi-
 praliis nihil profecit. Mediolanumque inde reuertens
 diem obiit pridie Nonas Decembris. Sepultus in Ec-
 clesia Sancti Nazarii. Sedit annos septem, menses quatuor
 que.

LXXVIII.

Arnulphus tertius Capitanius, Mediolanensis, Urbani
 no secundo Pontifice creatus Archiepiscopus Claustrum
 Mediolanensi auctor fuit, ut sex millia militum ad recupere-
 randam Hierosolymam mitteret. Vir fuit admiranda
 ctitate: Monasterium S. Victoris ad corpus multis precibus
 dotauit. Sedit annos tres, menses nouem. Obiit septimo
 mo Calend. Octobris. Sepultus in Monasterio Claustrum
 tensi.

LXXIX.

Anselmus IV. Vahatorius, Luinius, Mediolanensis, fidei nomine in exilium pulsus, Constantinopolim venit: obiit pridie Cal. Octobr. Sepultus in eâ urbe ad S. Nihilum.

LXXX.

Chrysolaus, Henrici I. Imper. opibus adiutus, Ecclesiam Mediolanensem occupavit, pulso inde Anselmo; eoque nomine apud Paschalem II. Pontif. accusatus, Romam venit. Vir græcè, Latineq; eruditus, epistolas, conciones, aliâq; multa fidei monumenta reliquit. Romæ obiit, sepultus in Ecclesia S. Sebastiani.

LXXXI.

Jordanus Capitanius, Chuoseprius, Mediolanensis, Paschale II. Pontif. creatus Archiepiscopus, Synodum Provinciam habuit: in qua de Episcoporum decem & octo censu multa statuit. Concilio Guastallio quod Pontif. interfuit, præfens adfuit. Diem commemorationis mortuorum decrevit. Sedit annos octo, menses novem. Obiit pridie Nonas Octobris. Sepultus in Basilica S. Ambrosii.

LXXXII.

Henricus Capitanius, Curtius, Vicedominus, & Archiepiscopus Ecclesie Mediolanensis, Gelasio II. Pontif. factus Archiepiscopus, sedit annos 1, menses 6. Obiit 4. Calend. Martii.

LXXXIII.

Sanctus Bernardus Gallus, Abbas Claraualensis, Henrico mortuo Archiepiscopus electus, recusavit id munus suscipere.

LXXXIV.

Anselmus V. Pusterlius, Mediolanensis, Honorio II. Archiepiscopus creatus, in Germaniam Legatus missus, inde rediens, Episcopi Astensis auctoritatem Metropolitanam despicientis audaciam fregit. Lotharium Imperatorem Mediolani excepit, coronaque ferrea donavit. Nouo-

comum obsedit, agrum vastavit. S. Bernardum hospitium
sepenumero accepit: cuius causa Monasterium Clara-
lense extra Portam Romanam ab Anselmo Archiduce
facandum curavit. Sedit annos 9. Obiit Roma 19. Calendas
Septembris.

LXXXV.

Roboldus I. Episcopus Albenis, Innocentio II. Pontifici
creatus Archiepiscopus, Mediolanensis, auctor fuit, ut
factorum communiōe interdicti, veniam à Pontifice
terent. Hospitales aedes Brolii à Gothofredo ciue extra
endas curavit. Sedit annos 10. menses 5. Obiit 3. Calendas
Iulii. Sepultus in basilica Hyemali.

LXXXVI.

Vberius Pirouanius, Lucio II. Pontif factus Archie-
piscopus, Ecclesia Mediolanensi prae fuit, quo tempore
Federicus Imperator Mediolanum diripuit. Is summa pau-
dena vir, concientum habuit de vrbe instauranda: sed
non perfecit morte ereptus. Sedit annos 1. Obiit Bene-
uenti.

LXXXVII.

S. Galdinus Valiafortius, Salensis, scientia & sanctitate
laude clarus, primò Mediolanensis Ecclesia Archiepiscopus,
deinde ab Alexandro III. Pontif. S. R. E. Praefectus
Cardinalis Tit. S. Sabinae, postea Archiepiscopus, cum in-
uerſe Galliae Cisalpinae Legatus creatus, Nonis Septem-
bris Mediolanum venit. Quam urbem à Federico dirutam
instauravit: aedes Archiepiscopales restituit: Humiliari-
um Ordinem ex auctoritate summi Pontif. comprehensum
Papensem Civitatem Ecclesiastico interdicto affecit: Lau-
densibus Episcopum dedit. Mediolani de loggella
contra haereticos concionem haberet, obiit 14. Calendas
Maii, sepultus in Basilica Sanctae Teclae: Sedit annos
decem.

LXXXVIII.

Algisus Pirouanius, Mediolanensis, primò Cymilianensis,
deinde ab Alexandro III. Archiepiscopus factus, eo anno

robore Ecclesiam, populūque commissum gubernauit, cum Federico Imperatore pugnam inire non dubitaret: quem suis copiis Deo iuuante mirabiliter profligauit, die festo SS. Martyrum Sisinnii, Martyrii, & Alexandri: quem propterea diem religiosum perpetuò coli ex decreto censeatur; deinde Venetias ad Alexandrum Pont. inde Romam cum eo profectus, postea Mediolanum reuersus, obiit. Sepultus in basilica Hyemali annos 8. menses 8.

LXXXIX.

Vbertus II. Cribellus, Mediolanensis, primū Ecclesiæ maioris Archidiaconus, deinde Vercellarum Episcopus, post, Lucio III. Pont. Archiepiscopus factus, SS. Astantii & Antoniani corpora inuenit: Veronam ad Concilium uenit: ubi Lucio mortuo, Pontifex renunciatus est in vigilia Natalis Domini.

XC.

Milo Candianus, Mediolanensis, primò Mediolani Archiepiscopus, deinde Taurini Episcopus, post à Clemente III. Pont. Archiepiscopus Mediolani creatus, Henricum Imperatorem unā cum Constantia corona ferrea decorauit. Sedit annos 7. menses 8. Sepultus in Basilica Hyemali.

XC I.

Vbertus III. Tertiacus, Mediolanensis, Modocetia Archiepiscopus, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus Ordinatus; S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Stephani in Carolo Monte ab Innocentio III. Pont. creatus, deinde Archiepiscopus, pacem inter Mediolanenses & Comenses conciliauit. Sedit annos 4. mens. 3. Sepultus in Ecclesia Hyemali.

XCII.

Philippus Lampugnanius, Mediolanensis, ab Innocentio III. Pontif. Archiepiscopus creatus, ad quem illius epistola de Cancellaria Mediolanensi scripta est, pacem inter Mediolanensem & Ticinensem populum iniit.

Vbertus IV. Pironianus, Mediolanensis, ab Innocentio III. Pont. Cardinalis creatus, deinde Archiepiscopus, cui potestate Legati missus ad gerendam Ecclesiam Mediolanensem, Othonem IV. Imperatorem in basilica Ambrosiana coronavit. Sedit ann. 4. mens. 3. Obiit Mediolani, sepultus in Ecclesia Hyemali.

XCIV.

Gerardus Reginus Sexius, primo Nauria Episcopus, deinde ab Innocentio III. Pont. Archiepisc. creatus, sedit tantum menses 6. Obiit Cremona.

XCV.

Henricus Sertarius, Mediolanensis, Basilicae Metropolitanae Cymilitae, in maxima cleri dissensione ab Honorio III. creatus Archiepiscopus, pro fidei defensione in Palaestinam transiit. Damiatæ expugnationi interfuit. Basilicam Eustorgianam fratribus Ordinis Dominicani altariam beatorum martyrum Naboris & Felicis Franciscanorum attribuit. Ecclesiam Sancti Gothardi in monte Tremulo consecrauit. Episcopi Cremonensis contumaciam frege. Ecclesia libertatem defendit. Hæreticos prostravit. Sedit annos 16. menses 10. Obiit Mediolani: sepultus in Basilica Martyrum Naboris & Felicis.

XCVI.

Guillelmus I. Rozolius, Mediolanensis, Basilicae Metropolitanae Archidiaconus, vir eruditus, & optimus, Gregorio nono Pontifice creatus Archiepiscopus, latus Mediolani prædicationis munere interdixit. Ad Fredericum secundum Imperatorem missus, iussu Pontificis Crucis signatorum milicum bellum contra Saracenos iudixit. Sedit annos decem, menses quinque. Obiit Mediolani. Sepultus in Ecclesia Monasterii Clarissimi Ientis.

XCVII.

Leo Peregrinus, Mediolanensis, Frater Ordinis Franciscani, à Celestino IV. Pontif. Archiepiscopus factus, jurisdictionem Archiepiscopalem cum negligentè curaret, Turriani plebis consules eam sibi vsurparunt. In Vico Lignano ædes Archiepiscopales magnifice extruxit. Sedit annos 16. mens. 7. obiit 18. Calend. Notuembris. Vacauit Archiepiscopatus annos 4. mens. 9. dies 7.

XCVIII.

Otho Magnus Vicecomes, Mediolanensis, in summa Episcopo eligendo dissensione, Octauiani Cardinalis sedis Apostolicæ Legati studio ab Urbano IV. Pontif. Archiepiscopus factus, opibus, auctoritate, militumque copiis floruit, jurisdictione vrbis Mediolani à iure potestateq; Archiepiscopi in fratris filios trāstulit. Carnelitanos rucchos Mediolanum inttroduxit. Concilio œcumenico Lugdunensi interfuit quod Gregorius IX. Pontif. habuit. Concilium Prouinciale Mediolani ipse habuit. S. Agnetis sacellum in basilica maiori ædificauit, prædiisque paternis dotauit. Præbendam Lectori Theologo decreuit. Bellum verum Mediolani à Magistro Ordinis Franciscani demancari concessit. Sedit annos 33. dies 18. obiit Mediolani 3. Idus August. sepult. in Ecclesia maiori.

XCIX.

Rufinus Frisefius, Lucensis à Bonifacio octauo Pontif. creatus Archiepiscopus, sedit mensès tantum 10.

C.

Franciscus Fontana Parmensis, primū Messanæ Archiepiscopus, in Ecclesiæ sibi commissæ statione saculis repugnantibus cum inuigilare non posset, Ecclesiæ deinde Nolanæ administrator, demum Mediolani Archiepiscopus factus, Vicecomes ex vrbe Mediolano, ditioneque depulit. Sedit annos 12.

hhhh

CI.

Castonus Turrianus, Mediolanensis, primo Aquilensis Patriarcha, post Mediolani Archiepiscopus à Clemente Pont. factus, iurisdictionem Archiepiscopalem restituit Synodum Prouincialem Mediolani habuit. Henricus Lucimburgium Imp. VI. corona ferrea die solenni Episcopalia coronauit. Sedit annos 9.

CII.

F. Aicardus Camodianus Nouacienfis, Ordinis minorum sancti Francisci Minister generalis IX. a Ioanne XIII. Pontif. creatus Archiepiscopus, Matthæum Vicecomes, filiosque iurisdictionem Ecclesiasticam occupantes excommunicauit. Multa ædificia extruxit. Mediolanensibus multa mala quæ euenerunt, concionando prædixit. Sedit annos 14.

CIII.

Ioannes II. Matthæi filius Vicecomes, Mediolanensis, primo Nouaria Episcopus, deinde à Clemente VII. Pontif. Archiepiscopus creatus, bellica potius laude, quam Ecclesiastica disciplina nomine illustris, totius pene Gallie Casalpinae Dominus, multa etiam oppida Ecclesie Romanæ per vim occupauit. Corporis Domini celebritatem solennem in Ecclesia Mediolanensi perpetuo agi decreuit, ritum sollem, & publica processione, quam ipse frequenter celebrauit, facto concursu hominum centies millium. Sedit annos 21.

CIV.

Robertus Vicecomes, Mediolanensis, Basilicæ Metropolitanae Archipresbyter, ab Innocentio VI. Pontif. Archiepiscopus creatus. Carolum IV. Imperatorem hospitio Regali Mediolani accepit: & Modetia in Basilica S. Iouanni Baptistæ Regem Longobardie coronauit. Sedit annos 7.

CV.

Gulielmus II. Pusterlius, Archipresbyter Modetia, de-

inde Patriarcha Constantinopolitanus, post ab Urbano V. creatus Archiepiscopus, sedit annos 9. menses 4.

CVI.

Simon Borfanus, Mediolanensis, Iurisconsultus, Gregorii XI Pont. familiaris, Presbyter Cardinalis Tit. SS. Iohannis & Pauli ab eo creatus, deinde Archiepiscopus Mediolani, ad Ecclesiam sibi commissam non venit, occupatibus Romanis distentus. sedit annos 8. menses 6.

CVII.

Antonius Princeps Salutarum, Subalpinus à Gregorio XI Archiepiscopus creatus, 5. Idus Septembris ad sedem Archiepiscopalem venit: in qua sedit annos 25. dies 9. Obiit Mediolani, sepultus in Ecclesia Hyemali.

CVIII.

P. Petrus Philargus, Ordinis Minorum, in Crustionali ioco diocesis Nouariensis natus, vir Graecis, & Latinis literis, Theologiaeque scientia eruditus, Iohannis Marie Principis Mediolani à consiliis, primum Vicentiae, deinde Novariae Episcopus factus, postea Patriarcha Gradenfis, mox Mediolani Archiepiscopus à Bonifacio 8. creatus, sedit annos 6. Deinceps ab Innocentio 7. pronunciatus Cardinalis Basilica Apostolorum, demum in Concilio Pisano à Cardinalibus creatus Pontifex nomen habuit Alexandri V.

CIX.

Ioannes III. Vicecomes, Mediolanensis, Malatesta Principis auxilio adiutus, sedem Archiepiscopalem occupavit, pauloque post in Concilio Constantiensi Archiepiscopatu priuatus est.

CX.

Bartholomaeus Caprius, Mediolanensis, à Ioane XXIII. Pontif. Archiepiscopus creatus, Philippi Marie Ducis curator, Concilio Constantiensi interfuit: multas legationes

nes obiit: Genuam urbem ex ilius Reipublicæ Decreto administravit: Sigismundum Imperatorem Mediolani Basilica Ambrosiana coronavit: Martinum V. Pontifici Concilio Constantiensi redeuntem hospitio augustissimo accepit. Sedit annos 22. Obiit pridie Calend. Octobris.

CXI.

Franciscus Piccolpassus, Bononiensis, Eugenii quarti Pontif. familiaris, vir multis virtutibus florentissimus, Latine Doctus, sacra eruditione præditus, & pietatis studio ardens, cilicium perpetuo induit. Literatos homines extreme dilexit: in quibus duos in intimis habuit, Philæphum, & Æneam Silium, postea Pontificem Pium succedunt. Quem privatam hominem Mediolani degentem, civibus quibusdam Mediolanensibus nobilitatis splendore illustribus, Præposituram Basilicæ sancti Laurentii vacantem sibi dari petentibus, virtutis ergo anteposuit. Archiepiscopus autem Ecclesiam Mediolanensem sancte administravit: & vero difficultates, quæ sibi in munere importatæ erant, egregie superavit, constantissimi robore, & sanctitatis opinione, quam de se omnes conceperant. Sedit annos 8.

CXII.

Henricus tertius Scotus, Papiensis, primum Episcopus Dertonensis, deinde Archiepiscopus Mediolanensis, ab Eugenio quarto Pontifice creatus, postea S. R. E. Cardinalis Tit. sancti Clementis, populo Mediolanensi fame grauius laboranti magnam argenti vim dono misit: seque ac familiam suam bonis omnibus spoliavit, quo liberalius Ecclesiæ sibi commissæ filiis subveniret. Sedit an. 9. Obiit Romæ 4. Nonas Iulii, sepultus in titulo S. Clementis.

CXIII.

Nicolaus Amidanus, Cremonensis, sapientissimus le-

risconsultus, primo Episcopus Placentia, Concilio Constantiensi interfuit: in quo Ioannem Hussium ex patrum auctoritate e gradu mouit: deinde Archiepiscopus Mediolanensis factus, sedit an. 1.

CXIV.

Gabriel Sfortia, Francisci Sfortia Ducis frater, Mediolanensis, Ordinis Heremitarum S. Augustini, Theologiae scientia eruditissimus, concionator clarissimus, a Nicolao V. Pontif. creatus Archiepiscopus, Beatæ Mariæ Coronatæ Ecclesiam consecrauit. Muneribusque aliis Archiepiscopalibus recte perfunctus, obiit Mediolani, sepultus in eadem Ecclesia, sedit annos 15.

CXV.

Carolus primus Foroliuensis, Abbas sancti Celsi, à Calisto III. factus Archiepiscopus, sedit an. 4. Obiit Mediolani, sepultus in Basilica S. Celsi.

CXVI.

Stephanus Nardinus, Foroliuensis, Referendarius Apostolicus, egregia virtute vir, à Pio secundo Pontifice in Germaniam Internuncius missus, à Paulo secundo Mediolani Archiepiscopus factus, & à Xysto quarto Cardinalis S. R. E. Tit. sanctæ Mariæ Transtiberim, Collegium Nardinum Romæ instituit, in quo perpetuum Archiepiscopi ius esse voluit. Mediolani extra pomerium Portæ Tonsæ aedes Archiepiscopales aedificauit: in vico S. Pauli ad compitum certa quadam edificii forma domicilium parauit, vbi pro Archiepiscopali auctoritate iudicia exercebantur. Ecclesiæ Metropolitanæ aula, tabernaculumque magnifica, pallia, Ecclesiasticaque ornamenta, & mitram pretioso opere contextam, dono dedit. Solennium Litaniarum triduanarum librum multis ante sæculis cõscriptam, temporum incuria pene intermissum, restituit. Sedit annos 23.

hhhh 3

Ioannes III. Arcimboldus, Mediolanensis, vir iuris civilis, & Pontificii scientia præstans, sapientia, maximarumque virtutum ornamentis excultus, ob eamque rem Galeatio Maria Sfortia Duci gratus & charus, multis legationibus illius nomine perfunctus, à Xysto quarto Pontifici primo Protonotarius Apostolicus, Nouariaeque Episcopus, deinde S. R. E. Cardinalis creatus, multis etiam Prouincijs Legatus præfuit. Postea ab Innocentio VIII. Pontif. Mediolani Archiepiscopus creatus, Ecclesiam sibi commissam multis donis ornauit. Sedit annos 3. menses 6. dies 11. Obiit Romæ.

[CXVIII.]

Guido Antonius Arcimboldus, Mediolanensis, Ioannis Cardinalis & Archiepiscopi frater, summam virtutum splendore præluens, à Galeatio Maria amplissimis honoribus cohonestatus, pietatis cultor egregius, ab Innocentio VIII. Pontif. Archiepiscopus factus, curiam Archiepiscopalem, quam dono à Duce acceperat, veritate prope collapsam magnis sumptibus renouauit: Basilicam Metropolitanam Sacerdotum numero auxit: eidem, & fabricæ magnam vim rerum pretiosarum moriens legauit. Sedit annos 9.

CXIX.

Octavianus^s Arcimboldus, Mediolanensis, egregius Iuriconsultus, Protonotarius Apostolicus, contradicte Auditor, vtriusque signaturæ referendarius, Archiepiscopus designatus.

CXX.

Hippolytus I. Alphonsi Ferrariæ ducis frater, S. R. E. Cardinalis S. Lucie ab Alexandro sexto Pontif. Archiepiscopus designatus, vir singulari prudentia, v-

rumq; gerendarum vsu præstans, Ecclesiam Mediolanensem administravit annos 13.

CXXI.

Hippolytus II. Alphonfi Ferrariz ducis filius, Estensis, à Leone X. Pont. Archiepiscopus designatus, post à Paulo III. Pont. S. R. E. Cardinalis pronuntiatus, & à Pio quarto Pont. ad Gallorum Regem Legatus missus, Ecclesie Mediolan. præfuit, an. 33.

CXXII.

Ioannes Angelus Arcimboldus, Mediolanensis, à Clemente VII. Pontif. Nauaria Episcopus, deinde à Iulio III. Pontif. Mediolani Archiepiscopus factus, sedit annos 5.

CXXIII.

Philippus Archintus, Mediolanensis, Iurisconsultus clarissimus, rerumque bene gestarum nomine illustris, primum à Paulo III. Pontif. Protonotarius Apostolicus, tum vrbis Præfectus creatus, postea Episcopus Biurgie, & Vicarius vrbis Pontificius, inde ad Episcopatum Salutarum translatus, Bononiam ad Concilium venit. Vicarii autem Pontificii munus gessit Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pontificibus. Demum ob virtutum merita, Archiepiscopus Mediolani à Paulo IV. creatus, Ecclesie Mediolanensi præfuit annos 2.

CXXIV.

Carolus II. comitis Giberti, & Margaritæ, Pii IV. Pontificis sororis filius, Borromæus, ab eodem Diaconus Cardinalis S. Martini in Montibus, deinde Presbyter Cardinalis Tit. S. Praxedis, & Archiepiscopus VI. Idus Febr. anno 1560. creatus, post vitam sanctissime actam, maximosque pro Ecclesia labores exantlatos. Obiit 3. Non. Nouembr. 1584. Eius vitam & res gestas Carolus à Basilica Petri, Episcopus Nouaria, qui ei intine fuerat familiaris, inter alios conscripsit. Sedit annos 23. mens. 8. dies 25. sepultus in Ecclesia maiori.

